

Geonoma trigloch Burret nov. spec. — Frondes magnae. Petiolus ad apicem 1 cm fere latus, supra late canaliculatus, dorso rotundatus, decidue fusco-leproso-tomentosus. Rhachis 97 cm longa, apice in filum tenue nonnihil producta. Lamina in sicco brunnea, subtus paulo pallidior, inter minus rigidas, segmentis magnis 2—3 in quoque latere, modice vel paulo disjunctis, basi cuneatim nonnihil in petiolum producta, in dimidio circ. 26 cm, superne ad 32 cm in diam., in lobis apicalibus supra bifurcationem 30 cm circ. longa. Segmenta leviter falcata, acuminata. Nervi primarii utrinsecus 46. ardue ascendentes, cum rhachi angulum prope basin frondis circ. 12°, in dimidia lamina 25° formantes, ubi 1 cm inter se dissiti, subtus anguste prominentes, secundarii subtus duplo vel potius ultra latiores. Inter primarium et secundarium tertiarii circ. 5 supra vix subtus bene conspicui. Nervi transversales serpentine supra jam oculo inermi visibiles. Facies, praecipue nervuli subtus sub lente forti fusco-puberuli. Spadix validus, ramis 3 robustis. Pedunculus partim visus 21 cm, sed longior, applanatus, 9 mm in diam., lateribus rotundatis, decidue fusco-leprosus. Rami porrecti, 18—19 cm longi, basi bractea late rotundata suffulti, apice spinosi. Axis subglabra, leviter tuberculata, 8 mm in diam., dense foveata. Foveae in seriebus paulo axin versus inclinatis 9—10 dispositae, ejusdem seriei sequentes inter partes aequales 4 mm dissitae, bilabiatae. Labium inferius protractum, late rotundatum, vix emarginatum, ad marginem ipsam demum, ut videtur, plerumque breviter revolutum, labium superius ab axi productum. Fructus maturi i. s. cum stipite basali 1,6 cm longi, 1,2 cm lati, sine stipite subglobosi. Pericarpium siccum 1 mm fere in diam. Semen fere nigrum, nitens, linea albida insculpta circume circa cinetum, 9 × 8 mm.

Colombia: Sucre, Territorio del Caquetá, einheimischer Name „Cola de norado“ (10. Juli 1926 — G. WOROŃOW und S. JUZEPCZUK n. 5858).

Die Art läßt sich am besten bei *G. congesta* H. Wendl. eingliedern, an die sie in Wedel und Kolben stark erinnert. Es ist jedoch die Unterlippe der Gruben kaum ausgerandet — bei *G. congesta* eingeschnitten —, der Pedunculus ist bedeutend länger.

Geonoma longepedunculata Burret nov. spec. — Petiolus visus incompletus 46 cm longus, supra canaliculatus, subtus decidue fusco-leprosus. Rhachis 38 cm longa. Lamina tenuis, i. s. supra atroviridis, subtus pallidior, ambitu elliptica, segmentis 4—5 in quoque latere, patentibus, sat dissitis, nervis primariis utrinsecus 32, in dimidia lamina ad 1 cm inter se distantibus. Segmenta infima leviter sigmoidea, superiora falcata, inferne recta, ad apicem nonnihil